oculos miſericordie tue ſuper noſ reducere
digneris. ℟. Ut obſequium ſerui
tutiſ noſtre rationabile facias. ℟.
Ut mentes noſtras ad celeſtia deſideria
erigas. Te rogamus audi. Ut miſeri
pauperum et captiuorum intueri et
releuare digneris. T. Ut iter fa
mulorum tuorum in ſalutis tue proſperita
te diſponas. T. Ut omnibus fidelibus
defunctiſ requiem eternam dones.
T. Ut noſ exaudire digneris. T.
Fili dei te rogamus audi nos. iii. Ag
nuſ dei qui tollis peccata mun
di parce nobis domine. Agnus dei
qui tollis peccata mundi exaudi
nos domine. Agnus dei qui tollis
peccata mundi miſerere nobis.
Xpiste audi noſ. Kyrieleiſon. Xpiste
leyſon. Kyrieleiſon. Benedic
tio ad fontem.
Omnipotens ſempiterne
deus: adeſto magne pietatiſ tu
e miſteriis. adeſto ſacramentiſ. et
ad recreandos nouos populos quos
tibi fons baptiſmatis parturit ſpi
ritum adoptioniſ emitte: ut quod
noſtre humilitatiſ gerendum eſt
miniſterio. tue uirtutiſ implea
tur effectu. Per dominum. In unitate ei
dem ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecla

ſeculorum. Amen. Dominus uobiscum. Et
cum ſpiritu tuo. Surſum corda.
Habemus ad dominum. Gratias agamus
domino deo noſtro. Dignum et iuſtum eſt.
Eterne deus. Qui Prefacio.
inuiſibili potencia ſacra
mentorum tuorum mirabiliter ope
raris effectum. et licet nos tan
tis miſteriis exequendis ſimus in
digni. tu tamen gratie tue dona
non deſerens: etiam ad noſtras pre
ces aures tue pietatis inclinas.
Deus cuius ſpiritus ſuper aquas inter ipſa
mundi primordia ferebatur
ut iam tunc uirtutem ſanctifica
tionis aquarum natura conci
peret. Deus qui innocentis mundi
crimina per aquas abluens rege
nerationis ſpeciem in ipſa dilu
uii effuſione ſignaſti. ut unius
eiuſdem elementi miſterio et fi
nis eſſet uitiis et origo uirtuti
bus. Reſpice domine in faciem eccle
ſie tue et multiplica in ea re
generationes tuas. qui gratie tue
affluentis impetu letificas ciui
tatem tuam. fontemque baptiſmatis
aperis toto orbe terrarum gentibus
innouandis. ut tue maieſtatis
imperio. ſumat unigeniti tui